

nia a sopraveder. *Item*, scrive le galie candiole el si trova numero . . . , et come aspetta li arsilii per armare le do galie li a Corphù, et è stà auto ducati 1000 da' zudei fin qui, e uno citadin, chiamato, à donato a la Signoria per questo armare ducati 200; e altre particularità, *ut in litteris*.

In questa sera et tuto ozi, in la contra' di San Griguol, nel rio, fu fato certa festa di balli e altre cosse, *adeo* quella contra' fo in gran festa e duro fin hore . . . di note.

- 197 *Summus Pontifex hortatur Dominium ut velit deputare aliquod pecuniae præsidium tutelæ Jaiezæ obsecræ a turcis.*

LEO PAPA DECIMUS.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Quem nuntium habeamus e Dalmatia ac ex eis regionibus, quæ, hospitibus turcis finitimus, quotidiani calamitatibus ad universum excidium, nisi Deus prohibeat, trahuntur; quam tristem, quam gravem, atque his temporibus quibus inter principes christianos discordia in dies ingravescunt; quam periculose, voluimus nobilitatem et dominationem vestras ex litterarum illine ad nos missarum exemplo cognoscere certe. Qui eas seripsit, venerabilis frater Petrus episcopus Wesprimiensis, est vir non modo virtute et integritate præditus singulari, sed etiam in bellis turcarum exercitatus, peritus hostium et regionum illarum, cui asseveranti summam fidem non habere non liceat. Eas nos litteras cum legissemus, percussi animum atroci nuncio, omnes apud nos Regum et Principum Christianorum legatos vocavimus litterisque recitari jussi fecimus participes doloris nostri, reque agitata et aliquandiu consulta quoniam nunc, quod maxime erat optandum, sanctæ expeditionis generaliter suscipienda ratio nulla apparebat. Quid interim extrema christiana fidei pericula postularent, quidque nos requireremus ut ad suum quisque principem diligenter perscriberent, mandavimus. Quo, etsi non dubitamus officio functos esse, tamen visum est nobis has etiam ad vos litteras conscribere, nobis dilecti filii, si aut consciū nobis ipsis non essemus quantum sit a nobis pro communi pace confienda laboratum, aut his populis fidelibus jam exatio proximis ita aliena subsidia peteremus, ut nostra illis negaremus profecto judicaremus, nos parum dignos esse, quorum aut monitiones audirentur, aut postulata admitterentur. Neque tali officio a nobis præ-

termisso, ferre possemus hunc angorem animi atque hanc acerbitudinem, qua ex infelici eventu filiorum nostrorum nobis accedit. Nullus enim gravior est apud hominem metuentem Dei, quam culpæ admisæ dolor; sed quanto et in pace suadenda nihil est 197* a nobis studii laboris diligentia reliquum factum, et per hos dies subsidiis ad illas partes, tam pecuniae quam aliarum rerum necessiarum transmittendis, magna onera sustinuimus. Ideo, neque diffidemus Dœum quandoque pro sua infinita misericordia nobis affuturum et illud equum esse arbitramur, ut pro supra calmitate a fide Christi propulsanda cæterorum principum qui Deum verum agnoscent et adeo sunt largiter ornati studia et auxilia nobis convenient, ac illud quidem quod non solum optimum, sed etiam privata odia et inimicitiae deponderentur facillimum factum esset ut consensu et conspiratione christianorum principum communis, non de defendendis finibus nostris, sed de tota Asia Deo Omnipotenti et suæ sanctissimæ fidei recuperanda cogitaretur. Utinam sperare possemus! optare certe non desimus, et quo ad vita nobis suppetet, etiam agere et procurare non desistemus, querentes apud Deum si non perfecti operis ut bona et piae fructum voluntatis. Sed quando hoc tardius fit, imminentia autem pericula dilationem non patientur. Scribimus quidem et ad alios omnes; sed et nobilitatem et dominationem vestram per viscera misericordiae Dei nostri, per quem eam spem eternæ felicitatis quæ recte agentibus in celo proposita est, hortamur et requirimus, omni animi studio, ut ex eis opibus quæ vobis a Deo tributæ sunt, partem aliquam in ejusdem Dei honorem et miserorum fidelium salutem conferre velitis. Hoc nos superioribus diebus fecimus, et per binos nuntios nostros, prius per venerabilem Vincentium episcopum Ottociensem ad confinia Dalmatiae frumentum, pulveres, tormenta, pecuniam ad summam septem millium duicatorum, itemque, paulo post, per dilectum filium Bernardum cantorem agriensem, cubicularium nostrum, ad carissimum in Christo filium nostrum Vladislauum Ungariae regem illustrissimum viginti millia duicatorum in pecunia numerata transmissimus; quæ subsidia etsi Deo ita dispensante, ut credimus, tum illuc pervenerunt aut perventura sunt. Cum maxime erit opus post clades, videlicet acceptas animis aliquantum reficiendis, tamen non sunt tanti ut universum pondus possint sustinere, ac alia quidem missuri sumus; sed soli omnia non possumus. Videtis, autem quantum necesse sit clade ex duabus partibus accepta et copiis ungarorum pro- 198